

## De Principe Casimiro.

67

Sub vesperum heri hora quasi nona ego et D. Abbas Konopadii vocati sumus a Praefecto Custodiae Nrae, ad quem cum trepidi descendimus ex Nro carcere, protulit nobis duas Avinionensissimas, solutisque earum clausuris et sigillis [more jam consueto] sub conscientia nos adegit, ut lectarum contenta ei diceremus, fecimus id fide nostra, et hore fore spatio vix omnes legendo absolvimus.

Inter has duas reperiri binas ad me datas in aprili Vilnae prater quas nullas unquam accepi, nisi Vienna primas infra Octavam Paschae, ingens fasciculus harum a Praefecto nominato missus Parisios jussu [ut nobis retulit] Cardinalis, qui ex Polonia de his tribus praemonitus fuit. Intelliget forte D. Vra, et Dno Butler, qui nam in Polonia et Curia Regia sint, qui Stipendium a Cardinali habeant, ipsiusque sint exploratores, nihil tam occultum apud nos agitur, quod Duxae Hamburgensis non resciat et Cardinali non significet, an Galli ad duas Regias et audito adventu Legati Nri sint laxaturi circa nos rigorem suum dubito, spsit enim nuper Nobis Parisiis Dnus Pzerebstci, respondisse Cardinalem Apostolico Nuncio, urgenti Nram translationem, se majoris momenti negocia habere, quam ut de Principe Poloniae coram Rege mentionem

faciat

faciat. Confidimus tamen in Deo et in innocen-  
tia tua etc. Seri accepimus Marsilie no-  
vum tumultu populi exortum contra Extractores  
ad quem sedandam ipse Gubernator in perso-  
na sua nunc properat.